

Lorenz Johann Friedrich Dihn

**Die Auspicatissimo Quo die Serenissimus Dux, Princeps ac Dominus Dominus Christianus Ludovicus II. Dux Regnans Mecklenburgicus ... Septuagesimum ætatis suæ Gloriosissime actæ compleverat annum, qui dies erat ad 15. Maji Anni M. DCC. LIII. Summum Senatum ... facienda in Auditorio Primæ Classis Suer. die 15. Maji hora matut. 9. auscultent ... submissis precibus orat & invitat**

Suerini: Ex Officina Baerensprungiana, [1753]

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn183654071X>

Druck    Freier  Zugang



Gymnasium Fridericianum  
zu Schwerin.

Programm. 1753.

Mkl h

1800-40  
1753

● entsäuerter

ZFB ME

05 Aug. 1999

8711

elkl. h.

1800-4°  
(1753)

1753

# Die Auspicatissimo

Quo die

Serenissimus Dux, Princeps ac Dominus

**DOMINUS**

# **CHRISTIANUS LUDOVICUS II.**

Dux Regnans Mecklenburgicus, Princeps Vetustæ

Gentis Henetæ, Suerini ac Ratzeburgi, Comes item Suericensis, Ter-

rarum Rostochii & Stargardia Dynastes, Dominus Noster longe

Indulgentissimus, Clementissimus

Septuagesimum ætatis suæ

Gloriosissime actæ compleverat annum,

qui dies

erat ad 15. Maii Anni M. DCC. LIII.

## **Summum Senatum**

Generosissimos, Excellentissimos, Per-Illustres, Illustres Dominos Consiliarios &

Aulæ Ministros atque Dominos Doctores pariter atque Licentiatos & omnes Doctos

utriusque ordinis & Sacri & Civilis, suo quemque ordine & loco suspicien-

dum, colendum, venerandum, ut Vota pro diuturniore & longiori Vita

## **Nostri Serenissimi Ducis Regnantis**

facienda in Auditorio Primæ Classis Suer. die 15. Maii hora matut. 9. auscul-

tent, Tribusque Orationibus habendis a Tribus Primi Cœtus discipulis

interesse, ne graventur,


submissis precibus orat & invitat

**M. LAUR. JOH. FRID. DIHN,**

RECTOR LYC. SUER. CATHED.



**S U E R I N I**  
**EX OFFICINA BAERENS PRUNGIANA.**



**D**iuturniorem vivendi vitam cupido & stimulus, nescio quis? insitus est animis & infixus nostris, ut, quotquot sumus homines, qui in terris vitam degimus, omnes cupiamus vitam producere, & quamvis interdum periculis, laboribus casibusque fracti videamur adversis istiusque pertæsi, tamen eam, quantum est situm in nobis, prorogare. Subsunt autem causæ, quare illi, qui Rei publicæ præsunt & bene præsunt & in summa rerum potestate prudenter præsunt & solerter præsunt & cum Indulgentia quadam præsunt, Sibi magis, quam singulis, qui potestati Ipsorum subsunt & parent, diuturniorem senectutem longioremq[ue] expetant vitam. Neque id injuria neque fit ex invidia. Tantum abest, ut Optimus quisque Princeps Sibi subjectis singulis Iongam vitam, quæ ex Oraculi Divini interpretatione omne felicitatis genus habeat secum connexum, invideat; ut omne id felicitatis genus illis, non conciliare nolit. Praeclare res agitur Principum, ubi populi Ipsorum agitur bene. Sed vero non desunt causæ, cur Sibi non æque solum, ac populo, non suæ solum æque ac populi vitæ, valetudini, incolumenti, prosperitati, saluti, felicitati consultum velint Principes; sed Suæ & felicitati & prosperitati & saluti & incolumenti & valetudini & vitæ magis velint consultum atque prospectum & jure velint (nullam hac in parte populo injuriam inferendo) quam populi.

Iani ad instar olim Regis prudentissimi aut sapientissimi illius Regis Salomonis rem publicam administrare, consequentia, ut Tullii verbis utar, cernendo, causas rerum videndo, earumque progressus & quasi antecessiones non ignorando, similitudines comparando & rebus præsentibus adjungendo atque adnectendo futuras, facile totius Regiminis & Magistratus Sui Summi cursum videntium, adlaborant. Quod si in Uno salus; salus Rei publicæ, quæ hujus suprema lex est, in Uno post DEUM sapientia posita est Principe & Duce Regnante. Si Fabius Unus, qui sapienter & prudenter cunctando restituit rem; dignus erat, pro cuius salute, in columitate, prosperitate dioturniorique vita totus se devoveret exercitus; quidni totus exercitus, hoc est, omnis populus Principi & Duci sapienter, prudenterque Regnantibus subjectus hanc devotionem deberet? quid ni eam Princeps sapienter & prudenter Regnans poscere, postulare & jure postulare posset? Non solum autem sapienter & prudenter summæ rerum potestati præsunt & Duces & Principes Regnantes Optimi quique, sed etiam solerter. Quod si ex interpretatione quorundam

sollertis vel solertis vocabulum denotat artem in Uno vel Solo, & definitio solertiae aut simavis sollertiae eo pertinet, ut sit ars inveniendi res ad vitam bene beateque traducendam necessarias; Sola ea ars in Uno Principe Regnante, in Solo Principe & Duce Regnante videtur esse posita, qua curat & remedia invenit & inveniri jubet, quibus cives usibene beateque vitam transfigere possint. Dudum eruditis atque rerum peritis via fuit Rei publicæ talis ratio, qualis est Navis. Quod si, ut ait Nepos sententiosus in tempore Auctori, gubernator præcipua laude fertur, qui navem ex hieme marique scopuloso servat; cur non singularis ejus existimet prudentia (addimus huic verbum solertiae) & solertia, qui ex tottamque gravibus procellis civilibus ad incolumitatem pervenit? Ad incolumitatem ut perveniat Navis Rei publicæ diu quassata, diu jactata, diu concussa, operam dat Optimus quisque Princeps ac Dux Regnans & solerter dat operam, in id intentus, ne quid naufragii, ne quid damni, ne quid detrimenti (ex quo uno versiculo omnem metimur Rei publicæ salutem omnes) capiat & si quid cepit, si quid passa sit; resarcitur, quoad fieri ejus possit, omne. Non sedent cum purpura & sceptris & insignibus suis regiis Principes & Duces Regnantes in Solio Suo otiosi; sed dum tacent, curant, dum nihil videntur videre, provident, sedentque semper quam maxime negotiosi. Quid Mitræ Ducali, quid Coronæ Ducali, quid Pileo Ducali subsit curarum, parum vident, qui externa vident, curam & soleriam Principum & Ducum Regnantium non vident. Talis ut Gubernator Navis Rei publicæ, Talis Princeps & Dux sapienter, prudenter solerterque Regnans, ut quam diutissime superstes sit, populi est, devotissimis ardentissimisque à Supremo Numine petere precibus: & quid impedit, quo minus & Ipse Summus Regnans Princeps populi Sui Regnator & Stator eam Sibi, si ex Voluntate DEI & usu publicæ Navis suæ reisit, expetat vitam diuturniorem & senectutem majorem, quam iis, qui una cum Eo eademque vehuntur Navi? Tandem non tanquam blandi Patres regnant, quorum nimia indulgentia segnes facit gnatos; sed tanquam justissimi, AEquissimi, Benignissimi, Mitissimi, Liberalissimique Patres. Horum imitantur quasi naturam: Horum sequuntur quasi mores. Ego vero quarti præcepti nunquam immemor sæpius iterum iterumque in memoriam revoco verba illa beati Lutheri in Catech. Maj. quæ in libris Nostris extant Symbolicis: Princeps, inquit, toties Pater est existimandus, quotquot habet cives aut subditos suæ ditioni subjectos. Bene moratorum igitur & piorum utriusque sexus liberorum quotusquisque erit, qui de demenso vita, ætatis, senectutis suæ unciatim, quasi suum defraudans genium non parcat senectuti, ætati & vita Piorum Parentum? Enim vero cum Princeps Regnans totius populi & totius patriæ sit Pater; Isque si sit Pater AEquissimus, Benignissimus, Indulgentissimus; quotusquisque erit, qui de suo demenso non demat, ad datque, si Supremo Numini ita fuerit visum Patriæ Patri, horas quaspiam vita suæ & ætatis suæ & senectutis suæ? Fac, si quid facis & addendo deducendoque videamus, quæ summa

fiat reliqui: Fac, si in Votis & fatis sit divinis, nos deducere vel horas quaspiam vel dies quospiam de nostris & addere eos, si Deo placeat, diebus, vita & senectuti **Optimi Nostri Patriæ Nostræ Patris, Indulgentissimi Patriæ Patris, Mitissimi Patriæ Patris, Moderatissimi Patriæ Patris, Serenissimi Ducis & Principis** Vetustæ Gentis Henetæ, Suerini ac Ratzeburgi, Comitis item Suerinensis, Terrarum Rostochii ac Stargardiae Dynastæ, Ducis Regnantis Mecklenburgici & Sapientissime & Prudentissime & Solertissime & Indulgentissime Regnantis, **C H R I S T I A N I L U D O V I C I II;** quæ summa erit? Quam quidem summam optamus omnes Deumque flagitamus Collegii Lycei Ducalis docentes, discentes neque nos solum, sed totus orbis Mecklenburgicus, imprimis ii Domini Auditores, qui intererunt Orationibus Tribus habendis,

Primæ de Majestate **ALBERTI I.** Ducis Primi Mecklenburgici,  
abs

Daniele Christoph. Neumann Suerin.

Alteri de Moderatione **HENRICI PACIFICI**, Ducis Mecklenburgici.

a  
Christiano Georgio Wettering Jabel. Mecklenb.

Tertiæ de Sapientia **ULRICI NESTORIS Germaniæ**, Ducis Mecklenburg

abs

Christiano Friderico Berner. Suerin.

Quorum Juvenum Optimæ spei specimina aliqualis dicendi exercitatio-  
nis ut æqui bonique consulant Domini Auditores, benigni studiorum  
nostrorum liberalium judices, & præcipue Vota facienda conjunctis viri-  
bus, conjunctisque precibus benigne ut audiant; etiam atque etiam  
rogamus quæsumusque.

Hæc veluti Latini dicunt, in aurem: Inter concentus Musicos  
puer Symphoniacus ante, quam Prima habeatur Oratio, acuta canet  
voce: **Beschirm die Policeyen, bau unsers Fürsten-Thron,** &c.

Prima habita:

**Verleih uns Frieden gnädiglich** &c.

Altera habita:

**Richt unser ganzes Leben allzeit nach deinem Sinn,** &c.

Tertia habita:

Omnis Chorus: **Herr Gott wir loben dich,** &c.







tertis vel solertiæ vocabulum denotat artem in Uno vel Solo, & definit  
 solertiæ aut simavis sollertiæ eo pertinet, ut sit ars inveniendi res ad  
 unum bene beateque traducendam necessarias; Sola ea ars in Uno Prin-  
 ce Regnante, in Solo Principe & Duce Regnante videtur esse posita,  
 curat & remedia invenit & inveniri jubet, quibus cives usi bene bea-  
 ue vitam transfigere possint. Dudum eruditis atque rerum peritis vi-  
 uit Rei publicæ talis ratio, qualis est Navis. Quod si, ut ait Nepos  
 tentiosus in tempore Auctor, gubernator præcipua laude fertur,  
 navem ex hieme marique scopulo servat; cur non singularis ejus  
 stimetur prudentia (addimus huic verbum solertiæ) & solertia, qui ex  
 tamque gravibus procellis civilibus ad incolumitatem pervenit? Ad  
 columitatem ut perveniat Navis Rei publicæ diu quassata, diu  
 tata, diu concussa, operam dat Optimus quisque Princeps ac Dux  
 gnans & solerter dat operam, in id intentus, ne quid naufragii, ne  
 id damni, ne quid detrimenti (ex quo uno versiculo omnem meti-  
 rei Rei publicæ salutem omnes) capiat & si quid cepit, si quid passa  
 resarciantur, quoad fieri ejus possit, omne. Non sedent cum pur-  
 & scèntris & insignibus suis regiis Principes & Duces Regnantes in  
 positi; sed dum tacent, curant, dum nihil videntur videre,  
 edentque semper quam maxime negotiosi. Quid Mitræ  
 Coronæ Ducali, quid Pileo Ducali subsit curarum, parum  
 xterna vident, curam & solertiæ Principum & Ducum Re-  
 nident. Talis ut Gubernator Navis Rei publicæ, Talis  
 ux sapienter, prudenter solerterque Regnans, ut quam diu-  
 stes fit, populi est, devotissimis ardentissimisque à Supre-  
 petere precibus: & quid impedit, quo minus & Ipse Sum-  
 Princeps populi Sui Regnator & Stator eam Sibi, si ex Vo-  
 usu publicæ Navis suæ reisit, expetat vitam diurniorem  
 in majorem, quam iis, qui una cum Eo eademque vehuntur  
 dem non tanquam blandi Patres regnant, quorum nimia  
 legnes facit gnatos; sed tanquam justissimi, AEquissimi,  
 Mitissimi, Liberalissimique Patres. Horum imitantur  
 n: Horum sequuntur quasi mores. Ego vero quarti præcepti  
 memor saepius iterum iterumque in memoriam revoco ver-  
 Lutheri in Catech. Maj. quæ in libris nostris extant Symbo-  
 ps, inquit, toties Pater est existimandus, quotquot habet  
 ditos suæ ditioni subjectos. Bene moratorium igitur & pio-  
 ue sexus liberorum quotusquisque erit, qui de demenso vitæ  
 ætatis suæ unciatim, quasi suum defraudans genium non par-  
 i, ætati & vitæ Piorum Parentum? Enim vero cum Prin-  
 cis totius populi & totius patriæ sit Pater; Isque si sit Pater  
 is, Benignissimus, Indulgentissimus; quotusquisque erit, qui  
 nō non demat, ad datque, si Supremo Numini ita fuerit vi-  
 Patri, horas quaspiam vitæ suæ & ætatis suæ & senectutis  
 quid facis & addendo deducendoque videamus, quæ summa

